



Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

29. Dies Aprilis. Nunc nec promittendi modus est; nec promissa frangendi
pudor ullus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

Aprilis. *Tessera.* 323
nia continentem mentiuntur. Quotus quisq; non est
fronte Cato; corde Nero: exteriū, est conis, & gra-
vis; interiū crudelis & lēvus. Quoties quis specie est
formosā, ut Helena, pectore est rabido, ut furia. Pu-
lli animi est, tacere veritatem ob mortis minas; annè
& propter mortem, aut vani honoris expectationem,
velle decipi, & sibi imponere, honorificum erit? Æ-
gypti rationem vitæ, quotannis exigentes ab exteris,
damnabant morte mentitos, rati indignos vitâ, qui
de vitâ strâ falso dicerent. Nosne innocentiores eri-
mus, qui vitam ipsam mentimur, & ne benè vivamus,
decipimur? Ne putes mendacium solis verbis com-
mitti? est mendacium cogitationum, est rerum, est
verborum, hoc est, est mendacium sensus nostri, &
sermonis, & vitæ: Mendaces, mente sumus, cùm se-
quimur quâ opinio, non quâ veritas trahit: cùm spe-
cies rerum non ipsas probamus; hinc contingit, ut
etiam vera dicturi, peccamus: & quia fallimur, falla-
mus. Claudio cum Augustino: (a) *Cavenda mendacia,*
reple agendo, aut confitenda, pœnitendo. Sed ne multus
si in mendacio, cave à multiloquio. Nec enim à ful-
co veritatis deliravit, qui hæc exaravit:

Multa susurrantes, mendacia sunt cumulantes.

29. DIES APRILIS.

Nunc nec promittendi modus est; nec pro-
missa frangendi pudor ullus. *Petrarch.*
libr. 1. de Remed. Dialog. 110.

Perfidia. I. **E**ffrontem oportet esse perfidi-
diam, quæ audeat palam
in omnium conspectu ostendere frontem, cujus tanta est fœditas, ut supe-
(a) *De mendac. c. 21.* X 2 ret

April
ret omnem fidem. Quæ, ut sit manifesta, illud obli-
vandum: in ea promissionis, ac fidei datae simili
violatione, præter revocationem juris alteri cito
lati, & acceptati elucet inconstantia, dedecens ges-
tosam mentem. Cedit itaque ea, infidelitas in con-
temptum; non modò illius, cui promissum est, quod
idcirco delusum, & data pro rebus verba exposita
re solet: sed etiam ipsius promittentis, quem ne
viri, sed pueri potius loco habeat; quod voluntate
habeat adeò versatilem, & tam desultoriae levitas
ut tam turpiter priora sua verba veritate excideret
lit; ita ut, quamvis cum ea protulit, vera fuerint;
etata mente loquentis, cui supponuntur suisce
formia, agnoscantur tamen fuisse falsa, spectato or-
ne eorum ad objectum futurum, cum quo defor-
tatem habet, ob voluntatis perfidæ resultum, & fidei
datae infractionem, generosæ cuivis mentie exofan-
tia. Unde in primis, Regium, & nobile censemur, fidei
datam servare: ignobile autem, & plebeium, nec
virile, quam muliebre, vel etiam puerile, à fidei
recedere. Hinc liquet, quanta sit in sæculo hujus
tatis, & ignorabilitatis exundatio; cum passim in po-
missis servandis, inter homines fides non tantum
rara, sed propè nulla?

II. Servis nemo credit pacisci volentibus, quod
non sui juris. Quis igitur fidat hominibus; cum pri-
rique sint servi peccati, nec ulli minus sint sui jun-
quâ in qui peccando amiserunt jus ad cœlum: Pue-
r quoque lex non permittit contractum facere, tan-
quam infidis: neque mulieri apud Athenienses, na-
usque ad hordei modium, propter consilii infirmi-
tatem. Atqui, quid differunt à pueris, mali; quoru-

opera i-
pueroru-
stutiâ; u-
dum. Q-
res viri p-
stu. Un-
naomen-
malefici-
ditus est
res, & r-
ram non
illi ad te-
occasion
quidam
quamcu-
nam esse
nnem a-

III. I-
exceptio-
rum obli-
præsidii
centis fl-
te fidem
na hodie
perfidia
niciem a-
ligna ve-
invaseri-
mos qu-
aliter, q-
tâ le po-
descisc-

Aprilis.

Tessera.

325

opera in conspectu Dei sunt magis puerilia , quām
puerorum , nisi quod illis antecedant potentia , & a-
stutia; unde illis potius minūs, quām pueris, est fiden-
dum. Quin enim malis mulieribus nihil sunt melio-
res viri pravi. Differunt quidem sexu, sed superant a-
stu. Unde in rebus magni momenti, parvi plerumq;
momenti est illorum fides : licet enīa quandoque à
maleficiis abstinent ; proclivis tamen ad naturam re-
ditus est. Sicut enim effteratissimæ belluæ sunt cicu-
res, & mansuetæ cùm dormiunt, suam tamen natu-
ram non exuerunt, nec feritatem abjecerunt : sic &
illi ad tempus aliquod desinunt nocere, sed sublatâ
occasione, redeunt ad genium, & ingenium. Lacon
quidam, cùm quis cum eo vellet pacisci, juberet que
quamcunque vellet, fidem acciperet pro amicitia : u-
nam esse fidem dixit, ut si nocere velit, non possit o-
mnem autem aliam fidem stultam esse, & infirmam.

III. Pacta omnia licet firmentur testibus , omni
exceptione majoribus, tabulis, chirographis, annulo-
rum ob-signatione, jure jurando, & nescio quibus non
præsidiis, adhuc tamen fides promittentis, & pacif-
centis fluctuat, & titubat. Quia omnes possunt falle-
re fidem, omnes timent perfidiam. Adeò non est va-
na hodiernæ diei tessera , quā fugillatur hominum
perfidia. Quæ verè pestis est , quia non tantum per-
niciem ad fert perfidis, verùm & cæteris cum illis, ma-
ligna veluti contagione. Quod enim pestis corpus
invaserit, id primùm ad interitum dicit, tum proxí-
mos quoque mortifero afflat veneno. Non multò
aliter, quibus nulla fidei cura est, non modo mortife-
tā le polluunt turpitudine; verùm & illos, à quibus
desciscunt, insidiis circumventos impellunt in rui-

X 3

nata,

April
nam, atque adeò hominum societatem omnem co-
fundunt. Si nullam ab altero speres fidem; cur inci-
vitate, vel inter homines vitam agere malis, quam
in via solitudine, procul ab omnibus mortalibus? fi-
enim sublatâ, inter feras securior versabere, quam
ter mortales. Quâm est fides Divina necessaria
salute animæ: tam est humana fides necessaria pro-
columitate Reipublicæ. Maneat altâ mente re-
stum illud, quod sequitur Metrum:

In quo nulla fides; in eo tu quomodo fides.

30. DIES APRILIS.

Avarus nunquam habet : prodigus nu-
quam habebit. *Seneca.*

Prodiga- I. DE Avaro postea, nunc de Po-
litas.

D
igo. Is nunquam habet
opes, quia eas extra ne-
cessitatem, & contra honestatem, improvidâ levita-
& vœcordis animi stultitiâ, vel importunâ hono-
cupiditate, prodigit. In eos quidem in dona
profusos, & sine judicio liberales, si quando So-
cres incidisset, malè iisdem imprecari solebat : quâ-
Gratias virgines, ut scorta prostituerent. Nimirum
Gratiæ est conferre beneficium, de qua aliis benem-
reri : at improviso consilio, & puerili temeritate
prodigere, non gratiæ est, sed proterviæ. Itaque
virgines, & verecundas Gratias devenustat, benefica-
tiæ, & donorum moderatrices, & ab honestis pen-
tibus eductas in meretricium veluti ganeum indu-
ut omnibus jam prostare indignissimè videantur.
Illi igitur astuti, decoctores miserandi, sunt pe-
diti, & perdentes: perdunt enim se, sua, aliena;

April
enim un-
ptissimè
que Lib-
solutus e-
ruat, & l-
mnia, do-
ries ista l-
habebit
exeant,
non pro-
nec spargi
II. M-
continua-
dem ope-
tate illâ l-
nec fonte-
Hinc fit
vangelio
in molefi-
tium, no-
multipli-
teles bin-
Injustiti-
mius in l-
sumptuo-
mentis, c-
volupta-
opipara-
ludus ac-
sa, omni-
tempera-
ratrix; c-
(a) D-